



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De pijs octoginta legatis, quos Valens Nicomediae agens, medio mari vnà
cum ipso nauigio concremandos curauit. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

est vrbs Thraciæ exilij causa incoletur, tum Euagrius a-
liò relegaretur. Atque hæc ad hunc modum gesta fuisse
traditum est.

*De pijs octoginta legatis, quos Valens Nicome-
diæ agens, medio mari vnà cum ipso nauigi-
o concremandos curauit.*

CAP. XIII.

ARiani autem, vt hominibus, quibus, res prosperè
& ad volūtatem fluant, solet accidere, multò facti au-
daciores, illis, qui ab se doctrina & opinione dissen-
tiebant, cruciatus penè intolerabiles per insidias pararūt:
adeo vt nonnulli corporibus contumelio se tractati, magi-
stratibus traditi, in carceres coniecti, & dānis, quæ inde eue-
niebant, fortunis pedetentim spoliati, decreuerint ab im-
peratore obnixè contendere, vt malis, quibus premeban-
tur, aliqua ex parte leuarentur. Ad quā rem octoginta vi-
ros ecclesiasticos delegunt: in quibus principem locum te-
nuerunt Urbasus, Theodorus, & Menedemus. Qui vbi ve-
nere Nicomediam, libellum, in quo sua scripserant postu-
lata, Valenti imperatori tradunt. Ille verò licet iracundia
ea de re vehementer arderet, non tamen patefecit iræ suæ
magnitudinem, sed clam præfecto dedit mādātum, vt eos
comprehensos occideret. At præfectus populi seditionē
veritus, præsertim si tot pij viri, qui nihil iniqui admise-
rant, sic per nefas interficerentur, simulat se eos exilio ad-
dicturum. Itaque, perinde ac si in exilium mitterentur, in
naue imponit: quod quidem illi forti ac generoso animo
passi sunt. Cum autē esset ad medium sinum, qui Astacius
dicitur, nauigatum, nauæ, naue, sicut ipsis erat imperatum,
igni succensa, in scapham desiliunt. Nauis autem secundo
vento acta ad Dacibizam, qui est locus partis illius Bithy-
niæ, quæ mari adiacet, ad portum appellitur: quæ simul
vt terram attigit, vnà cum ipsis viris flammis absorpta
perit.

De dif-